sen eph. ep. 7 p. 407. — 19) sententent ia, 20) clamans *primum scripserat quadratarius.* — 21) *Scr.* fortunas. — 22) *Nota formam vetustam.* — 23) *Scr.* instituere. — 24) *Scr.* locus. — 25) *Vocabulum novum. Videntur significari munera a privatis quaestus causa editi, in quibus per oppidorum fora asses pro locis a spectatoribus exigebantur (Momms. eph. l. c. p. 399).* — 26) *Scr.* maneant. — 27) *Iis.* — 28) *Cf. not. 29.* — 29) *Ne sumptus ludorum gladiatoriorum in immensum augerentur, statuere vult orator gladiatorum melioris notae certa pretia quae nulli excedere liceret, eaque per ordines et classes disposita. Pretia haec procedunt a tribus milibus sest. ad quindecim milia sestertium. Praeterea statuitur ut ex una quaque classe par numerus in unoquoque spectaculo prodeat; denique ne umquam numerus gladiatorum melioris notae superet turbam gladiatorum vulgarium.* — 30) *Fortasse scr.* famoso *(Hirschf.).* — 31) *Videntur intellegi munera ea de quibus modo dictum est, a triginta milibus ad ducenta milia et supra.* — 32) *Promiscua multitudo videtur esse gladiatorum deterioris notae.* — 33) *Gregarii similiter videntur esse gladiatores viliores; cf. Momms. l. c. p. 414.* — 34) *Sic in aere* (melioris acertatis *Buecheler, hoc vocabulum deductum esse putans ab acri;* melior lacertatus *proposuit Momms.).* — 35) *Hoc et ipsum obscurum, cf. Momms. l. c. p. 414 not. 2.* — 36) *Pretium minimum gladiatoris.* — 37) VIII *aes.* — 38) *Corruptum videtur.* — 39) *Scr.* praebendam. — 40) *Plere, vetuste dictum pro implere.* — 41) *Scr.* neque. — 42) *Cf. not. 29.* — 43) *Scr.* opservatio. — 44) *Clarissimis viris.* — 45) Dandis *delendum.* — 46) *De hac re cf. Mommsen l. c. p. 413.* — 47) *Servus (antiqua scribenda ratio).* — 48) *Scr.* pertineant. — 49) *Fortasse scr.* onerentur *(Momms.).* — 50) *Scr.* quae *(utque aes, sine interpunctione).* — 51) *Immo curatori viae.* — 52) *Scr.* quae *(vel* ius potestasque). — 53) *Insere* quae, 54) *scr.* edita. — 55) *Structura perturbata.* — 56) *Scr.* efficiat. — 57) *Viri clarissimi.* — 58) *Requiritur* oportere. — 59) *Haec ita exarata in aere, sed sine dubio corrupta; fortasse oratio hiat quibusdam omissis.* — 60) *Pretium summum gladiatoris vilioris notae; cf. supra v. 36.* — 61) *Noxii, damnati ad gladium, interdum editoribus munerum privatis concedebantur, cuius rei in provinciis curam videtur habuisse procurator Augusti; de hac traditione noxiorum agi hoc loco statuit Mommsenus eph. l. c. p. 409. Ceterum hic quoque sententia obscurata est quibusdam omissis.* — 62) *Haec pertinent ad editorem, cui noxii tradebantur.* — 63) *Sic legit solus Berlanga (in ectypis nihil fere apparuit).* — 64) *Cf. Mommsen eph. l. c. p. 415 extr.* — 65) *Cf. Mommsen l. c. p. 410 not. 4.*

Palaestra.

5164 Filumenum.[1] — | Ddd. et principes n. Valentinian. | Valens et Gratianus semp. Augg.[2] | Filumenum in omni aclhetico *(sic)* cer|tamine ab oriente ad occidente usq. | victorem, pammacho lucta prancati. *(sic)* | cestibusq. id est pygme, locatione sta|tuae in acletarum *(sic)* curia[3] aeterni ta|tis gloria dignum esse iudicarunt. | Quod omnes xystici gratanter | acceperunt, sen.[4] pariter simulq. | p. R.[5] ingenti fabore prosecutus est.

5165 Ἰωάνης[6] παλαιστὴς Σμυρναῖος | ἄπτωτος[7]. | Ob fortitudinis merita et virtutis cu|mulum hoc quod excellens artis ro|bur exegit, praecepto invictissimorum | principum ddd. nnn. FFFlll. Valenti|niani Theodosii et Arcadii[8] Iohan|nes meruit ut inter omnis pollens | locatione statuae videatur.